



Universitätsbibliothek Paderborn

**Aqvæ Vitæ, De Fontibvs Salvatoris. hoc est, Doctrina
Evangelica De Meditatione mortis**

Kispenning, Henricus

Antverpiæ, 1583

Sententia x. loan. x. Ous meæ voce[m] meam audiunt. Et non peribunt in
æternum, & non rapiet eas quisquam de manu mea. xxix.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46214](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-46214)

STI.
d: Virtu
nan. 1.
o.
t, salutis
& pacis

onu
z promu
d cum
Quis q
ia p
i in os
hunc mu
s faciat p

calamita
Pastor n
us ad Pa
compar
e perire,
e Domini
tum. L
orum q
bonus, q
annib
animam suam posuit pro omnibus suis: si ad eum clamemus, dimittet nos diutius errare, aut a feris dilaniari consumi? Absit. *Q*uoniam relictis in deserto nonaginta nouem, perrexit unam ouem querere perditam. *L*uc. 15.

LIBER III.

227

Nec quia clamantem audiuit, ideo perrexit: sed antequam clamaret, relictis nonaginta nouem in deserto, abii querere unam ouem que perierat: quam inuenit & lassatam, humeris suis reportauit ad gregem. Quanta ergo misericordia eius gratia agenda sunt: qui tantum se ad nos humilianiit & inclinavit, portat & refici, regit & custodit.

SENTENTIA X. Ioannis 10.

Oues meae vocem meam audiunt: & ego cognosco eas, & sequuntur me, & ego vitam aeternam do eis: & non peribunt in aeternum, & non rapiet eas quisquam de manu mea.

PARACLESIS.

Ego, inquit, VITAM AETERNAU DO EIS. Sum *CAPUT*
Eman gratitudinem ei nos debere profitemur, qui *xxix.*
ex morbo lethali, seu praesenti mortis discrimine vitam
nouis seruanit aut redemit: sed hec vita quantula por-
tio est, collata ad immortalitatem & vitam eternam,
quam hic optimus Pastor dat omnibus suis? Hec vita
primum quidem in se breuissima est: deinde calamita-
tibus est plena. *Sicut Salomon dicit: Cunctaque fiunt Eccles. 1. &c.*
sub sole: ecce uniuersa vanitas, & afflictio spiritus. Et,
Cuncti dies hominis doloribus & arumis pleni sunt.
De altera autem vita sic scriptum est: Non esurient *Esa. 49.*
neque sticient amplius, nec cadet super illos sol, neque ollus estus, quoniam Agnus qui in medio throni est; re-*Apoc. 7. 15.*
gillus, & deducet eos ad vitae fontes aquarum. Et ab-
saget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum: &

P. 2

mort

228 CONSOL. EX S. DOCT. CHRISTI.

mors ultra non erit, neque luctus, neque clamor, neq;
dolor erit ultra, quæ prima abierunt. Et in Psalmis
propheta David: Non accedet ad te malum: & flag-
lum nō appropinquabit tabernaculo tuo. Beati qui
bitant in domo tua Domine: in secula seculorum lau-
bunt te. Protector noster aspice Deus, & respice in-
ficiem Christi tui: *Quia melior est dies una in atrium*
super millia. Consequenter addit Christus: ET NO-
PERIBVNT IN AETERNUM. Etsi pij propter peccata
originis d. ponunt hoc tabernaculum corporis, & ins-
pulchro contabescunt: tamen illa dissolutio corporis,
non est exitium: quiescunt in sepulchro tanquam in
mitorio, expectantes aurorā letissimi diei, quo filiu
per tubam Archangeli enocabit eos è monumetu
restituet Vitam & Immortalitatem. Postremo:
NON RAPIET EAS QVISQVAM DE MANT MEA. Af-
firms se victurum diabolum: & seruaturum omni-
pios, tantisper, dum curriculum huius vite ad metu
pernenerit. Ubi vero decursò spatio nobis excedendu
erit, vult ipse nobis adesse: & animam egredientem
corpo in manus suas suscepitam transferre per valle
umbra mortis in vitam perpetuam. Quid ergo mo-
tuat vel mortem vel diabolum qui animo suo firmu
habet persuasum, quod à filio Dei gestatur brachiu
manu eius potentissima teneatur & defendatur?

3. Thes. 4.

SENTI

SENTENTIA XI. Lucæ 11.

Pete & dabitur vobis: quærite, & inuenietis: pul-
lare, & aperietur vobis. Omnis enim qui petit,
accipit: & qui quærerit, inuenit: & pulsanti aperi-
tur. Quis autem ex vobis patrem petit panem,
nunquid lapideum dabit illi? Aut pīscem: nun-
quid pro pīce serpētem dabit illi? Aut si petie-
nti ouum: nunquid porriget illi scorpionem? Si
ergo vos cūm sitis mali, nos̄is bona data dare fi-
lis vestris: quanto magis pater uester cōlestis de-
cālo dabit spīritum bonum potentibus fe?

PARACLESIS.

Comparat Dominus carnalem patrem, et Dei Pa- CAPUT
Ciris eternam largāmque pietatem: quōd si iste in XXX.
terris nequam pater offensus grauiter à filio peccatore Cyprian lib.
& malo, si tamen eundem postmodum viderit reforma- 4. Epist. 2.
tum, & depositis prioris vita delictis ad sobrios & bonos ad Antonia-
mores, & ad innocentia disciplinam pénitentia dolore num.
tortum, gaudet & gratulatur: & suscep̄tum, quem
ave proicerat, cum voto paterna exultationis comple-
tetur: quanto magis unus ille verus Pater, bonus, mi-
sericors, & pius, inō ipsa bonitas & misericordia &
pietas, latatur in pénitentia filiorum suorum: nec ira-
pénitentibus, aut plangentibus & lamentantibus pén-
nam comminatur, sed veniam magis & indulgentiam
pollicetur? Et tu igitur orare disce: disce querere, pete- Bernard. ser.
re, pulsare: donec inuenias, donec accipias, donec ape- 6. de Aicens.
naturi tibi. Non ut Dominus ſegmentum tuum: fidelis Domini.
tibi pon te patiatur tentari ſupra quām poſſis ferre. Pra- Pſa. 102.
uer certe in benedictionibus dulcedinis desolatam 1. Cor. 10.
oriam & orantem.

P 3

SEN-